

centus, an existens in loco contractus, locove destinata solutionis redditus, vel illius loci, ubi bona specialiter censui supposita sunt sita. Hanc questionem late dicitur Parlad. lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 8. quæst. final. per totum ubi adductis hinc inde rationibus, & fundamentis resoluit, n. 10. cum sequentibus gabellam solvendam esse in hac specie illi publicano, ad quem pertinent vectigalia, ubi sita sunt bona, super quibus annuus redditus constitutus est. Idem probavit Dilacus Perez in rubrica, tit. 2. libr. 7. Ordinanen. pag. 37. 8. columna. 1. in versic. quo. sit. Et hæc est vera, & communis resolutio secundum Lassart. de decim. vendit. c. 4. n. 3. 1. & eam tenet Avendan. respon. 23. n. 1. & sequitur Felicianus de Solis de censibus, libro 2. cap. fin. n. 1. 2. Gironda de gabell. parte 6. n. 29. & Azueud. in prima, n. 9. tit. 1. §. lib. 5. & in l. 1. n. 119. tit. 17. lib. 9. nov. Collect. Regg.

2 Et procedit hoc etiam in venditione census de antiquioribus constituti, gabella namque huius venditionis solvenda est quoque gabellario loci, ubi sita sunt bona, super quibus primitus fundatus est census, vt voluit etiam idem Parlador. ubi supra, ad fin. d. §. 8. n. 30. & Lassart. d. cap. 10. n. 8. & Doct. Molin. Theolog. in 2. tom. de iust. & iur. disputacione. 384. col. 8. 47. ad fin.

3 Quod si forte in diversis locis, & territoriis existant prædicta bona, super quibus specialiter census constitutus est, pro rata debet fieri solutio gabellæ, argumentum text. in l. in bis. C. de præd. & omnibus rebus nau. & ubi Ioan. de Platea lib. 11. ubi onus reale, vel Patrimoniale nauiculariorum dividitur inter possessores pro rata iuxta id, quod ad vnum quemque pertinet.

4 Præterea onera, & tributa realia sequuntur possessorem iuxta id, quod possidet, l. ex quidem, & ubi Platea. C. de annon. & tribut. lib.

5 Hinc est, vt si quis vnico non distributo pretio, emerit plura prædia censuaria diuersis dominis diuisim mouentia, singulis debentur sua laudemia pro rata prædij ab vno quoque mouentis (& nisi aliter concordentur, nec per confessionem contrahentium, qui etiam iurare cogentur, liquidari possit) facienda erit æstimatio prædiorum, vt sciatur, quantum cuique prædio correspondeat, ita Carol. Molin. in consil. Parisiensi. 2. §. 55. gl. 4. n. 39. ubi agit, cuius impensis hoc fieri debeat.

Ergo ita in proposito dicendum est, vt si in diuersis territoriis extent bona, super quibus census specialiter constitutus est, pro rata valoris vnus cuiusque fundi eorundem bonorum debeat gabellæ solutio fieri, non vero æqualiter, & pro vitili, vt in terminis nostris tenent Parlador. ubi supra, n. 28. & Lassart. d. cap. 10. n. 14. ubi, quod ita apud nos in praxi obseruatur, iudiciali omnium bonorum æstimacione facta in hunc modum,

¶ quod si census mille aureorum super multis bonis valeantibus quinque mille aureis constituitur, quorum bonorum quinta, aut alia pars in vno territorio sit, tanta quoque gabellæ portio in eo soluetur: cæteri autem gabellæ partes, prout diuisa, & separata esse reliqua bona constituerit, facta computatione, iuxta omnium, & cuiusque fundi valorem respectu distribuuntur, & sic venditor in vno quoque loco pro rata gabellæ eueniri poterit, sequitur Doct. Molin. ubi supra, column. 489. in versic. quando census, & Azueud. ubi supra, dicens esse sine dubio, quod si locus, ubi extant bona, immnis fuerit, vectigal non debetur, secundum Parlad. ubi supra, ad fin. illius. §. 8.

7

Illud tamen obseruacione dignum esse cenleo in proposito, nempe non esse ad hoc habendam rationem nonnisi generaliter obligatorum, sed tantum eorum, que specialiter censui subiciuntur, vt probantur Parlador. ubi supra, num. 54. in versic. nequaquam vero. Lassart. d. c. 10. n. 15. ubi quod ita semel prædicari fecit.

Non enim obligatio hæc generalis vniformiter coheret cum bonis specialiter censui suppositis, hæc enim principaliter censui subiciuntur, & veniunt in obligatione, illa vero accessorie, & veluti fideiussorio nomine, & in subsidium pro maiori securitate, & cautela principalis, & ideo alterare non debet, aut ampliare principale, sicut nec alterat, aut ampliat datio fideiussorum, vt comprobati potest ex doctrina Gregorij Lopez in l. 28. glossa magna, in versic. limita eam, l. 7. ubi tenet, quod etiam si quis ultra obligationem personalem census obliget generaliter bona sua pro solutione census, tenebit talis contractus, cum illa hypotheca sit accessoria ad personalem obligationem, & emio ipsa contrahatur super bonis aliquibus: cuius sententia communis est, vt patet ex traditis per Domin. Couarr. libro 3. variarum resolucionum, cap. 7. n. 5. quamuis ipse, & Dominic. à Soto lib. 6. de iust. & iur. q. 5. artic. 1. conclus. 4. in primo corollario, contrarium probet, sed eam sequitur Didac. Perez in rubrica, tit. 2. lib. 8. Ordinanen. pag. 36. column. 2. in fine, & nos probauimus plures citando, & præcipue attento motu proprio Pij V. super forma creandi cens. lato Anno. 1569. lib. 2. Practic. quæstion. 177. n. 7. & nonissime Lassart. de decim. vendit. c. 10. n. 15. & 18. Fit igitur ex prædictis, vt obligatio generalis bonorum censui adiecta, sit accessoria, & subsidiaria ad principalem obligationem bonorum specialiter censui suppositorum. Ergo non est habenda ratio præd. generalis obligationis ad distributionem gabellæ inter bona specialiter obligata sciendam, sed tantum ipsorum bonorum specialiter censui suppositorum, vt probauimus.

S V M M A R I V M.

1 Gabella an debeat ex venditione census ad vitam? distinguitur.

Q V Æ S T I O L V I.

An ex venditione census ad vitam debeat gabella?

Gabellam ¶ deberi ex venditione census temporalis, nempe ad vitam, sicut de perpetuo, constat, quia vera venditio celebratur in vitilque, vt proculdubio probat Lassart. de decim. vendit. c. 10. n. 38. cum seqq. miratus, quod cum ita semel, se consulerent, in fauorem gabellarij indicatum esset, per Regios, ac supremos iudices Vallisoleranæ Cancellaria reuocatum fuit, sed quod in hoc praxi inconcussa, & consuetudini nostræ l. 1. tit. 1. 17. interpretatæ standum erit. Cuius praxis (si ea habet, vt ex venditione census vitalis gabella non debeat) ea ratio reddi potest, quia hi non constituantur super bonis certis specialiter deputatis, vt cæteri census perpetui redimibiles constituti debent per motum proprium Pij V. an. 1569. lato super forma creandi census: licet

Q V Æ S T I O L V I I.

An ex constitutione census vitalis, vel perpetui redimibilis constituti super iuribus Regalibus, debeat gabella?

¶ Vero hic oportet an ex constitutione census vitalis, vel perpetui redimibilis super iuribus regalibus constituti, debeat gabella, necne?

Hæc ¶ quando decisionem alterius petit, an scilicet census redimibilis, vel ad vitam possit constitui, & de nouo fundari solum super aliis annuis redditibus redimibilibus, siue temporalis, hoc est, sobre iuros del Rey, situados en rentas Reales, o de particulares? Si enim in hac questione partem affirmatiuam elegerimus, inde forsitan videbitur ex hac secunda impositione census super aliis censibus, vel iuribus Regijs, deberi gabellam: si vero negatiuam, contrarium patebit, hoc est, gabellam ex eo contractu non deberi, cum sit nulla venditio.

Ad hanc ¶ igitur postremam questionem deveniendo, vt inde ad priorem ascendamus, videtur proculdubio in ea dicendum, nullam esse prædict. census constitutionem super aliis censibus, vel redditibus Regijs, vel alicuius priuari fundatam solum absque aliis bonis immobilibus, ac proinde ex ea gabellam non deberi.

Primo quia ¶ peremptionem census non emittit ipse fundus, super quo imponitur, seu constituitur annuus redditus, nec dominium eius villo modo in emtorem transfertur, sed tantum emittitur quoddam percipiendi redditus, vel fructus illius fundi, vsque ad quantitatem census quotannis solvendam, iuxta veram obseruacionem D. Couart. libr. 3. variar. resolut. c. 7. num. 6. in versic. quod item diximus, cuius supra meminimus, & eam sequuti sumus q. 54. n. 4. & latissime omnium probant Avendan. respon. 12. per totum, amplians eam, vt procedat, etiam si in contractu dicatur, quod venditur dominium directum rei, super qua census constituitur, & Aluar. Valsc. de iure emphytear. 1. par. quæst. 32. numero 8. optime Mercad. de tratos, y contratos, cap. de los censos, col. 3. & 4. fol. mibi 74. Greg. Lopez. in l. 28. tit. 8. parte 5. in gl. a censo, in princip. in versic. sed quid de contractu: Ergo cum empor horum annuorum reddituum, nullum habeat dominium directum, nec vile rei immobilis, super qua ipse census constituitur est, sed tantum ius percipiendi, & c. consequi videtur, quod cum hoc sit quoddam ius incorporeale, tertiam quandam speciem bonorum constituens diuersam ab immobilibus, & mobilibus, non possit super eo iure constitui alius annuus redditus, cum non sit quid immobile, aut pro tali reputatum.

Neque ¶ obstat, si quis obiciat verba motus 4 propriij Pij Quinti ann. 1569. lato super forma creandi census, ubi, aut, que pro immobili habeatur. ¶ Ergo cum iura, & actiones, que competunt ad res immobiles, immobilibus annumerari solent, iuxta doctrinam glossæ in l. 1. C. si aduers. fraudant. & in authentic. de non alienand. aut permittend. reb. Eccles. §. 1. verb. numeranda, lal. in l. fin. num. 12. C. de iur. emphyteo. Tiraquel. in l. de re tract. lignag. §. 1. gloss. 7. n. 17. Ergo cum immobilibus annumerentur, habentur pro immobilibus,

licet enim illa decisio generalis sit, omnesque annuos redditus comprehendat, tam vitales, quam perpetuos, nec de hac re vnquam dubitatum fuerit, ita vt in his non minus, quam in illis res ipsæ suppositæ, venditæ esse intelligantur perpetuo, aut temporaliter vsque ad incertum tempus vitæ illius, cui mortali factæ census ille fuerit limitatus, vt inquit Lassart. d. c. 10. n. 40. tamen ubi praxis obtinuit, vt hi census vitales generaliter super persona, & bonis eos constitutis imponantur absque specialis bonorum designatione, ex eis gabella non debetur, & ideo recte sic pronuntiatum fuit in Regali Cancellaria Vallisolerana, cum nullius rei specialiter fuerit celebrata: At ubi super specialibus bonis designatis census constitutus fuerit, siue perpetuo redimibilis, siue temporalis ad vitam, non dubito, quin ex hac venditione, & constitutione census gabella debeat, cum tunc vera, & specialis venditio celebretur: sicque prædicto est distinguitur in præmissa questione, pro vt in terminis recte distinxit Azueud. in l. 1. n. 10. cum seqq. tit. 12. hoc lib. 9. tametsi Doct. Molina Theolog. in 2. tom. de iustitia, & iur. col. 850. indistincte opinionem Lassart. ubi supra sequatur.

S V M M A R I A.

1 Gabella an debeat ex constitutione census vitalis, vel perpetui redimibilis super iuribus Regalibus constituti? & numeris sequentibus, resoluuntur negatiuam. 17. secundum praxim currentem: debetur tamen de censu imposto super aliis censibus particularium, vt in n. 18.

2 Census redimibilis, vel ad vitam an possit constitui, & de nouo fundari solum super aliis annuis redditibus, que llaman iuros del Rey, o de particulares? & numeris sequentibus, resoluuntur affirmatiuam, n. 12.

3 Per emptionem census non emittit ipse fundus super quo imponitur, nec dominium eius in emptorem villo modo transfertur, sed tantum emittitur ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus illius fundi, vsque ad quantitatem census, quotannis solvendam.

4 Iura, & actiones, que competunt ad res immobiles annumerantur, verum tamen est, quod certam quandam bonorum differentiam constituant.

5 Emphyteosis constitui non potest super iuribus, & actionibus competentibus ad res immobiles.

6 Motus proprius Pij Quinti super forma creandi census adducitur, & de eius intellectu agitur, & in n. seqq. præcipue n. 12.

7 Retrahitur locum non habet in censibus, quibus hodie vimur, quia reputantur bona mobilia.

8 Redditus super redditum constitui potest, licet non supra censum nisi vt in n. 11.

9 Annui redditus inter mobilia computantur, verum improprie, & large, vt in n. 8.

10 Annui redditus excusant a satisfactione, sicut excusant bona mobilia.

11 Emphyteosis, vel feudum constitui potest super annuis redditibus redimibilibus.

12 Gabella non debetur ex venditione officiorum publicorum Regiorum pretio facta, qua sunt renuntiables.

13 De cessione, & venditione iurium, & alligum, an debeat gabella? remissiuæ.

ac per consequens super eis census constitui potest, iuxta verba motus proprii prænarata.

Nam licet magis communis sententia sit, quod iura, & actiones, quæ competunt ad res immobiles, immobilibus annumerentur: nihilominus tamen verius est contrarium, imo, quod neque mobilibus bonis, aut immobilibus annumerentur, sed tertiam quandam bonorum differentiam constituent, ut dicebamus & probatur in *la Dico Pio §. in venditione ff. de re iud. l. quam Tuberanis, §. in peculis, ibi, hoc amplius nomina debitorum ff. de verborum signific. Abb. in c. nulla n. 9. de reb. Eccl. non aliena d. & infiniti, quos refert Tiraquel. vbi sup. n. 9. & Aymon. Crauct. conf. 213. ad fin. quam & receptam, & veriorer sententiam affirmat Arias Pined. in rubr. C. de bon. matern. in 1. par. n. 24. vbi latissime de hoc agitidem testatus sum lib. 2. præctica. cum q. 146. n. 3. & est communis, & recepta, secundum Aluar. Valac. dicit. q. 12. n. 10. Hinc probantem, emphyteosim constitui non posse super huiusmodi iuribus, & constitutam esse invalidam, tum quia emphyteosis rem soli desiderat, aut solo coherentem: tum etiam, quia dubia est doctrina, gloss. 1. in dicit. l. 2. cum similibus supra relata: Ergo ita in nostra specie videtur dicendum, quod cum annui redditus redimibiles, & eius percipiendi redditus non sint vere, & proprie res immobiles, nec pro talibus habeantur, sed tertiam quandam bonorum speciem constituent, ut probauimus, constitui super eis solis, non valeat alius census. Nec decisio tex. in clement. exini de Paradiso, §. cumque annui redditus, de verb. signific. extra suum calum extrahenda est generaliter ad omnia. Deinde ad verba motus proprii supra relata, ibi, aut que pro immobilibus habeantur, respondendi primo potest, hoc debet intelligi iuxta mentem pontificis de re illa pro immobili habita, cuius dominium directum, vel saltem velle habeat vendens annum redditum in re illa, que pro immobili habetur, ut colligitur ex verbis præcedentibus, nisi in re immobili: sed rei immobilis dominium, super qua census constitui potest, debet esse apud venditorem, ut patet: Ergo eodem modo, & rei, que pro immobili habetur ad hoc, ut super ea census constitui possit: Non enim Summus Pontifex ibi inquit, constituit, creatiue posse censum annum super iure aliquo in re competente, sed super re immobili, vel que pro tali habeatur, cuius dominium sit penes venditorem.*

Secundo modo responderi potest ad verba motus proprii prænarata: quod quæuis annuus redditus inter immobilia computetur, ut in d. clement. exini de paradiso, §. cumque annui redditus: id tamen verum est improprie, & large: Proprie namque minime veniunt annui redditus appellatione mobilium, nec immobilium, sed constituent quandam tertiam speciem bonorum, sicut iura, & actiones, ita Abb. in c. nulli, n. 10. de reb. Eccl. non alienand. & late alios allegans Tiraqui. l. de retr. §. 1. gloss. 6. n. 3. Pelaez, plures allegans, de maior. 1. par. q. 40. num. 13. & Matien. in l. 7. gloss. 1. num. 22. tit. 11. lib. 5. non collect. Reg. diximus d. q. 146. n. 3.

Quinimo census, quibus hodie vtimur, sunt proprie bona mobilia, ac proinde in eis non habet locum retractus iure sanguinis à consueta. ne, vel leibus Regis alias concessis, ut per Mieres d. q. 40. n. 12. & resoluimus cum aliis vbi sup. n. 4.

Tertio modo responderi potest: quod et si ve-

rum sit, annuos redditus huiusmodi inter bona mobilia communerari solere, considerato præfenti statu: tamen considerato redemptionis tempore, ea pecunia, que ex redemptione acquiritur, est mobilis, non vero immobilis, ut cum iudicio vere probauit D. Molin. lib. 2. de Hisp. primog. c. 10. n. 6. Ergo, hac consideratione obseruata, census annuus super alio censu annuo redimibilis constitutus firmus non remanebit, vt pote radice carens.

Secundo principalis hæc prima pars negatiua fundatur, ne alias detur occasio fraudibus, in huiusmodi contractibus censualibus, in quibus ob euitandam suspensionem vltæ candor, & puritas contractus, pro vt Summis Pontificibus permiffus est, obseruari omnino debeat.

Et in terminis nostræ quæstionis non ita fondet, hanc partem tenet Callan. in consuet. Burg. tit. de senes. rubr. 11. §. 6. versic. in textu. ibi, contra re assignat. n. 5. col. 142. resolvens, quod licet census supra censum imponi non possit, tamen redditus supra redditum imponi potest. Primus tamen redditus prius soluitur quia prior est tempore, & ideo potior est in iure, & in hypotheca: itaque pro constituto habet, censum supra censum imponi non posse: Secus autem dicit esse in redditus. Quod vltimum in eum sensum intelligo (ut ex subsequentiis eius verbis patet) scilicet, ut liceat plures redditus imponere super eisdem bonis diuersis temporibus, sed qui prior fuerit tempore præferatur posteriori: quod non pertinet ad nostram quæstionem. Sed clarius hanc partem negatiuam probat, & tenet Manuel Rodrig. de censib. super motu proprio Pij Quinti, in prima conditione, dubio 2. vbi limitat, quando venditor census redimibilis obligat se ad iterum imponendum census: Eandem opinionem negatiuam indistincte tenet, & probat D. Molin. Theolog. in 2. tom. de iustitia, & iure, dispensatione 389. in clausula. 1. versic. vtrum autem ibi, admonuerim cal. 892.

Nihilominus tamen praxis communis huius Regni contrarium habet, nempe, vt census annuus redimibilis, vel ad vitam constitui possit, vt communiter constituitur super aliis censib. annuis redimibilibus, vel iuribus Regiis, quod etiam coadiuuatur iure sequens fundamentis. Primo, & principaliter ex præd. motu proprio Pij Quinti in verbis præcitatis, ibi, nisi in re immobili, aut que pro immobili habeatur, quibus verbis congrue responderi minime potest, ne probet hanc partem, t cum annui redditus redimibiles inter immobilia computentur, vt Summus Pontifex prius decreuerat in dicit. clement. exini de paradiso, §. cumque annui redditus, de verbis. signific. cum similibus congestis per D. Conar. lib. 3. vari. res. c. 7. n. 2. vers. 2. hos annuos redditus, & latissime Pelaez de maior. 1. par. d. q. 40. n. 6. cum seq. Tiraq. plures citando, lib. 1. retr. §. 1. gloss. 1. 4. n. 20. & latius lib. 2. §. 1. n. 18. & seq. Matien. in d. l. 7. §. 1. n. 18. tit. 11. & in l. 6. §. 1. n. 15. tit. 10. & in l. 2. gloss. 1. tit. 9. n. 81. & 83. lib. 5. non collect. Reg. Aluar. Valac. de emphyt. q. 12. n. 5. Dida. Perez in rubr. tit. 2. lib. 8. ordin. pag. 28. col. 2. & pag. 19. col. 1. congestissimos alios lib. 2. præll. q. 146. n. 2. & iterum lib. 3. q. 83. n. 2. & 3. & post nos Felician. de Solis de censib. lib. 1. c. 7. n. 2. fol. 75. Ergo si annui redditus redimibiles committantur inter immobilia, & in eorum constitutione vere venditur ius percipiendi redditus, & fructus rei immobilis a pharens, cuius iuris dominium transfertur in emptorem secundum præfentem statum, qui attendendus est, pro re immobili computari merito debent,

debet, & haberi: Ergo habemus intentum, nec quod postea redimi possint, curandum videtur, cum tempus constitutionis census inspiciendum sit, sicuti apparet ex præd. motu proprio, dum præcipitur, re in totum, vel pro parte affecta, censum ad ratam petite, & etiam posse pro eodem pretio extingui.

Secundo t quoniam ita etiam videmus annuus redditus exulare à satisfactione, non secus ac immobilia, secundum omnes, in sciendum ff. qui satisf. cog. Tiraq. de retr. lign. §. 1. §. 16. n. 6. Solis de censib. lib. 2. c. 2. n. 33. vbi alia huiusmodi congerit in favorem huius partis: quod procedit, quando huiusmodi redditus essent præstandi perpetui, vel saltem ad longum tempus, non vero ad modicum, puta nouem annorum, vt ex gl. Afflict. & Tiraq. probat Didac. Perez vbi sup. pag. 29. col. 1. dicens hunc intellectum esse memoria tradendam ad §. cumque annui redditus, qui tamen meo iudicio non caret diuinatione.

Tertio, & fortiter pro hac parte facit, quoniam super his redditibus annuis celebrari potest emphyteosis, sicut & feudum, vt tradit Sonebechis in 8. p. find. num. 23. & 29. Tiraq. de retr. lign. §. 6. gloss. 1. n. 10. quos refert Aluar. Valac. d. q. 12. n. 6. licet eorum opinionem non probeat, sed eam sequitur Solis vbi sup. d. lib. 2. de censibus cap. 3. n. 34. At Aluar. Valac. eo non probat hanc partem, quia eam tenentes non recte argumentantur de feudo ad emphyteosim: nihilominus tamen fatetur, quod annui redditus habentur pro immobilibus. Ergo etiam si tenemus eius opinionem, consequitur annuus redditus imponi posse supra aliis annuis redditibus etiam redimibilibus: quod in terminis voluit, aut saltem præsupponit Ioan. Faber in §. adeo. num. 8. in princip. in fine de locat. & ex professo hanc partem tenent Petrus Foller. in pragmat. de censib. in verb. huiusmodi census super rebus, n. 49. & Solis de censib. lib. 2. d. c. 3. n. 32. cum seq. & nouissime idem attentis verbis dicit. motus proprii probat Lassart. de decim. vendit. c. 10. n. 42. & voluit etiam Gironda de gabell. 9. par. in princip. num. 39. & ita censio tenendum, præcipue quia ea quæ certam interpretationem habuerunt, minime sunt motanda, l. in iure, ff. de legib. Et ita communiter quotidie census præd. constituntur super aliis censibus & iuribus Regiis, & validi reputantur. Solet tamen pro maiori securitate, & cautela huiusmodi census constitui super aliis censibus, vel redditibus Regiis redimibilibus tradi tempore constitutionis emptori, & sic creditor instrumentum originale censuum, vel priuilegium reddituum Regalium, supra quibus nouus census constituitur, donec redimatur: sed quæuis hoc non fiat, nihilominus validus erit contractus.

Ad primam nunc quæst. respondendo, videbatur ex præmissa decis. 2. q. debere gabellam ex constitutione census super aliis annuis redditibus, sine priuatis, sine Regiis ad vitam vel redimibilibus, cum venditio hæc fieri possit, & valeat, ac in praxi sit recepta pro valida.

Nihilominus tantum ex huiusmodi venditione census ad vitam, vel perpetui redimibilis super redditibus Regiis, hoc est sobre iuros del Rey: praxis communis habet, vt non soluatur gabella, secundum Lassart. d. c. 10. n. 43. Et ita se habet constructio, que est obseruanda, præmaxime cum introducta fuerit cum scientia, & patientia Regis, vt patet, & probat Girond. de gabellis, 9. par. in princip. n. 39. cum seq. vbi quod pro hac doctrina

exequutorie passim obtinentur, præsertim in ciuitate Hispalensi. contra gabellarios gabellam de dictis iuribus. Regiis petentes, quando venduntur, vel super eis census imponitur. Cuius praxis ea est ratio, quia si quis habet ius aliquod perpetuum redimibile, aut temporale super iuribus Regalibus gabellis, salinis, aut alijs, va' aliorum tributus constitutum, iuxta l. 9. & 17. in princip. tit. 10. li. 5. non collect. Reg. quod: iuro de hered. iuro de per videra, vulgo dicimus, & illud vendiderit certa pecunia ex permissione d. l. 17. vt videmus quotidie, quod antiqua praxis recepit, vt Regalis decima, hoc est, gabella ex ea non exigatur, vt affirmat Lassart. vbi sup. n. 76. itaque in his speciebus gabella non debetur, dicens in fin. d. c. 10. quod non est incipienda hæc praxis, sed obseruanda quidem, pro vt quotidie obseruari videmus: sequitur etiam hanc partem D. Molina Theolog. in 2. to. de iustis. & iur. disp. 384. col. 850. in fine. vbi reddit etiam aliam rationem congruentem, & sequitur incipiendam præd. praxim communem in vtraque specie Azeued. in l. 1. n. 15. & 116. tit. 17. hoc lib. 6.

Quod si annui redditus imponantur super aliis censibus, vel redditibus priuatorum, vel si impositi super bonis immobilibus eorum cedantur pro pecunia, debetur proculdubio gabella, quia vera, & propria venditio est, non priuilegiata. Aliam rationem differentie assignat, & probat Lassart. vbi sup. dicit. n. 76.

Sic etiam videmus in praxi versari, vt ex officio tabellionatus, vel Decurionis, thesaurarij, commentariensis carcerum, depositarij generalis, & alij officiis publicis pretio renuntiat, & venditis, nulla gabella debeat, vt probat Lassart. de decim. vendit. c. 9. n. 43. & ita se habet consuetudo, licet in puncto iuris contraria opinio sit vera. secundum Flomad. in d. l. 1. tit. 13. p. 1. gloss. 3. n. 11. Girond. de gabell. 8. par. n. 34. cum seq. & Azeued. in l. 7. & 8. n. 7. tit. 2. lib. 7. non collect. Reg. idem in l. 5. n. 9. & 10. tit. 17. hoc lib. 9.

De cessione autem, & venditione iurium, & actionum pretio facta, an debeat gabella late agitur, & distinguit Lassart. de decim. vendit. c. 9. n. 1. cum seq. & Azeued. in d. l. 5. n. 8. cum plurib. seq. tit. 17. hoc lib. 9.

SVM MARIA.

- Gabella an debeat ex censu emphyteosico, vel fundo in eum dato? & n. seqq.
- Dominium directum, & vile transferri in recipientem censum in emphyteosi autem non, nisi vile tantum.
- Clausula contractuum census, quod venditor retineat in se dominium rei vendita. ab imperiis tabellionum processit ignorantium contractuum naturam, & discrimina.
- Reservatio domini directi, quædam est hypotheca non quidem communis, sed eam qualitatem habens, vt super eo fundo iure cuiusdam seruitutis annuus redditus sit constitutus.
- Gabella non debetur ex cessione emphyteosicis, contrarium n. 5. cum seq. resoluitur n. 13.
- Pretium ad creditum interuenit in contractibus emphyteosicis soluendum in tempus, quo recipientis emphyteosim voluerit pro redemptione pensionis & n. 6.
- Pensio redimibilis equiparatur pretio numerato atque idem est, vt bic.

- 8 Laudemium ex contractu emphyteutico statim debetur.
- 9 Permutatio æquipollet venditioni, cum profun- do datur alius fundus, imo verus est contrahus venditionis, & gabella ex eo debetur.
- 10 Emphyteosis contractus quando potius census imponitur censuatur quam emphyteosis.
- 11 Emphyteosis in contractu duo contractus sub vni- us nomine contingunt, secundum Couarr. et hic, sed contra n. 19. & 20.
- 12 Emprio, & venditio sine pretio non dicitur.
- 13 Emphyteosis contractus non est conditionalis, sed in eo reservatur venditionis vis in tempus redemptionis emphyteosis.
- 14 Gabella non debetur ex venditione, in qua pascitur, ne ex ea dominium ad emptorem tran-seat: sed si alia valeat venditio, abique præd. pacto facta ut in n. 17.
- 15 Gabella debetur ex contractu emphyteosis in fructum gabellæ celebrato.
- 16 Gabella debetur ex pretio fundi æstimati dati, quando pro prædict. æstimatione redditus redimibilis, imponitur ad rationem quatuordecim, quia æstimatio in dubio facit emptionem.
- 17 Gabella non debetur ex fundo concesso ad cen- sum perpetuum nullo tempore redimibilem: nisi postea vere, & realiter ex mutuo parium con- sensu data pecunia redimatur, quod si idem fun- dus postea domino reddatur, abique alio pretio, gabella non debetur.
- 18 Gabella debetur, quando ius emphyteoticum venditur, sive proprietario ipsi, sive cuiusquam al- tero.

QUESTIO LVIII.

An ex censu emphyteotico, vel fundo in cum dato debeatur gabella?

Quarto denique an ex contractu census refer- uatus debeatur gabella? nempe, cum fundum meum do sibi ad censum annuum emphyteoticum redimibilem certa quantitate mihi quotannis soluenda, ita, ut quotiescunque dederis mihi eam pecuniam, quam vult annuus redditus in fundo illo reservatus ad rationem vnius pro quatuordecim, vel plus iux- ta moderationem l. 6. tit. 1. §. 1. lib. 5. nou. coll. Reg. redemptus sit, & fundus ipse liber apud te maneat ab onere prædict. census?

Et gabella non deberi ex hoc contractu, eo comprobati potest fundamentum: quia ideo ex con- tractu censuali consignatiui gabella debet, quia dominium rei tam directum, quam vile in reci- pientem transferitur: in emphyteosi autem non nisi vile tantum directum namque apud concedentem manet iuxta gl. in c. constitutus, verb. iuxta ratam in ff. de relig. domib. quam sequuntur DD. commu- niter teste Abb. ibidem n. 20. lal. in l. 1. n. 39. de iur. emp. & resoluunt Iul. Clar. l. 4. recep. sen. §. emphy- theosis, §. 1. Ant. Gom. & Palat. Rub. in l. 68. Tau. n. 1. & alij passim notant, secundum Lassat. de de- em. vendit. c. 10. n. 45. & Alua. Valasc. de emphyteos. q. 32. n. 7.

Nec quicquam oberit, si dicatur, quod in con- tractu censuali expresse venditor excipiat sibi, ac retineat dominium directum rei venditæ, donec pretium conuenit soluat hæc namque clausula ab imperitia tabelionum, contractum naturam, & discrimina ignorantium processit. Et enim in

hac specie reservatio domini directi, quedam est hypotheca, non quidem communis, sed eam quali- tatem habens, ut super eo fundo iure cuiusdam feruitus annuis redditus sit constitutus ut probat D. Couar. lib. 3. var. resol. c. 11. n. 5. Nihilominus tamen ex concessione emphyteosis gabella non debetur, quia non transferatur dominium directum in recipientem, sed referatur in concedente, ut aduersus Menchac. lib. 3. de success. creat. §. 28. n. 28. secundum impressionem Salmantin. bene probat Lassat. c. 1. n. 42. & c. 10. n. 5. Nec obstat l. 10. ibi, Emphyteosis, tit. 17. hoc tit. 9. nou. collect. Reg. quia loquitur de contractu censuali, non vero de emphyteosi, secundum Lassat. de c. 10. n. 5. Couar. autem ubi supra loquitur in merito contractu census.

Rursus, quod gabella debeatur de præd. conta- ctu, de quo in capite huius questionis faciunt sequentia:

Primo, perque in effusis censibus emphyteoticis redimibiles, a quoque parte que non interuenit, ut se da precio por ellos, sino hacienda ayz, que da el señor de ella por cierta renta de censo, o pensio redimible, que se ha de pagar en cada un año mien- tras no se redimiere, y quitare por el que recibe a censo emphyteosi la tal hacienda. Pero en efecto, y en realidad, de verdaa bien considerado, principal- mente desde su creación, y principio interuenit precio concertado, suado para quando el que la recibe quisiere redimir, y quitar el dicho censo, o pensio, pues se pone por condicion, que cada, y quando, que el quisiere lo pueda hacer, dando, y pagando al que se la concede el precio de la dicha pensio, o censo, que esia razon de a catorze mil maravedis el millar, y a mas: y en el interin, que no se haze, o se dilata est, se paga la dicha pen- sion, o censo: lo qual parece es evidente que se da en lugar del precio, perque dando le el precio, cessa la pensio. Luego el fin del contrato fue el precio. Y assi el que esta obligado a pensio, o censo redimible por precio cierto, y conuenido en efeto es visto estar obligado al precio, y fuerte principal, con que se ha de redimir, con facultad de dilatar la paga del precio, en tanto que quisiere mas pagar la pensio, o redito: y no es obligacion precisa a la pensio. Pues luego que me da mas vender el fundo por cierto precio concertado al principio, y en la misma escritura de venta darle el dicho precio a censo redimible sobre el mismo fundo, de que es cierto se dene alcuala, ut qua- sitione proxime sequenti dicemus, o darle a pen- sion, o censo redimible por tal precio: todo pareco vna misma cosa, y en la substancia alomenos no ay diferencia, aunque la aya en las palabras, pues las vnas, y las otras tienden a vn mis- mo fin.

Lo segundo, por que no obsta dezir, que en tanto que no esta redimido el censo, o pensio, no se puede llamar venta, sed pactum, & promissio de vendendo: quia ad hoc respondetur, iustificare esse conuentum de pretio certo soluendo pro redemptione census, vel pensiois, ut in princ. insit. de emp. & vendit. cum similib. Est enim pactum de vendendo certum, & formale cum suis conditionibus de pactis solutione pretij collata in tempus voluntatis recipientis emphyteosiam, cum onere soluendi interin certam pensioem, vel redditus, atque solutio pretij fiat statim, vel postea non est de substancia contractus emptionis, & venditionis, siquidem differri potest ad tempus inter partes conuentum, & haberi fides de pretio, prout fuit habita,

habita. & res sub hoc pacto tradita, non enim pre- tium numeratio, sed conuentio perficit sine scriptis habitam emptionem, l. 2. versic. non autem, ff. de contrah. emp.

Nec obstat si dicatur, quod pretium in proposito non datur, nec soluitur pro re seu fundo, aut prædio in emphyteosium concesso, sed pro pensioe, vel censu, qui redimitur, & quod ita soluenda sit gabella saltem quando fit redemptio: quia respon- demus, hoc procedere posse in censibus, qui in sui principio fuerunt clausi, & non redimibiles, vel si redimibiles, non tamen certo pretio de- dato, nec signato. In his namque pensio ab initio venit principaliter in contractu propter se, & per prius, non vero loco solutionis pretij conuenti, quia tunc non aderat: secus quando ab initio conceditur fundus ad pensioem redimibilem, certo pretio signato, tunc namque fundus ille datur, & conce- ditur principaliter eo pretio, quo redimi potest, quamvis secundario soluat pensio, & id, quod interest interin, quod pretium non soluitur, & ab initio fit venditio illo pretio.

Pensio enim redimibilis æquiparatur pretio nu- merato, ac idem est, quod solvere pecuniam pro fundo illo, siue prædio: ideoque retrahi potest so- lutione pretij, licet pensio non soluat, nec de ea caueatur, quia ea non erat præfisa, sed resolu- bilis, & voluntaria ut pro Carol. Molin. in consuet. Paris. insit. l. 1. §. 3. n. 54. Quod si non esset venditio, sed contractus promissionis de vendendo, in futurum non posset retrahi, quousque venditio ipsa celebraretur. Ergo cum statim possit retrahi, neces- sario fatendum est, esse venditionem. Sic etiam in hac eadem specie terminus nonem dierum a nostris l. l. Regis concessus, statim incipit currere, si cre- dimus D. Couar. hoc latissime probanti lib. 3. varia. resol. c. 1. in princ. ibi, sic, & eadem quando proponit- tur, iuncto n. 5. cum seqq.

Tertio principaliter eadem pars comprobari videtur ex eo, quia in præmissa specie laudemium statim debetur, quod quidem pari passu ambulare videtur cum gabella, ut probat Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 2. §. 58. n. 9. & 26. Ergo statim est venditio.

Quarto, quia permutatio æquipollet venditioni cum pro fundo datur alius fundus æstimatus, imo verus est contractus venditionis, ut voluit gloss. l. 1. in verbo taxata, & ibi Doctores, C. de verum per- mut. Paul. de Castri. in l. 1. col. 2. in vers. ad hoc oppono, ff. eodem tit. Tiraquel. de retrah. lignag. §. 1. glof. l. 4. n. 19. vbi ex hoc inferunt, quod stante statuto, quod de contractu venditionis soluat gabella, soluetur de huiusmodi permutatione, sequitur Dec. conf. 60. in casu monasterij, col. 2. & Ludovic. Bolo- gno. conf. 21. stat. statum, & conf. 25. in amplissimo. Æstimatio namque regulariter, & in dubio facit venditionem ut late probat Tiraquel. vbi supra n. 20. & nos quoque conf. 17. n. 19. Luego lo mismo se ha de dezir quando se da por el fundo vna pen- sion, o censo redimible, y precia da en cierto precio, pues por la misma razon es venta, præmaxime, quia intelligitur, atque censetur, pensioem esse im- positam, & constitutam ab emptore, qui fingitur emphyteora loco pretij, ut in proposito præ- fertim, si pensio prædict. vel census redimibilis impostus sit etiam super aliis bonis emptoris,

vel si pensio non sit commensurata fructibus, & redditibus ipsius fundi, qui in emphyteosium dicitur concedi, quia tunc potius census imposi- titus quam emphyteosis censetur: vel etiam si dans fundum suum in emphyteosium, cum prius ve-

nalem exposuerat, ex quo frans, & simulatio col- ligitur in contractu emphyteotico postea subse- quuto, ex traditi per Tiraquel. de retrah. lignag. glof. l. 4. n. 2. cum sequens. Ergo gabella ex eo de- betur.

Quinto, & vltimo, hæc pars coadiunatur satis ex eo, quod si aliud diceremus, mille fraudibus quo- tidie locus daretur, non enim fundus aliquis ven- deretur, sed in emphyteosium concederetur, sub pensioe, vel censu annuo redimibili in fructum gabellæ, quia postea in occulto pensio redi- mietur.

Et in terminis, quod ex contractu prædicto emphyteosis, & census redimibilis reservatiui de- beat gabella, pro constituto habet Auendann. resol. 26. per totum, siquidem in specie nostræ questionis principalis querit, cui ex gabellariis debeatur gabella, an gabellario anni, quo inicit, & celebratur hic contractus, vel illius anni quo soluitur pecunia pro redimendo censu: Et adductis hinc inde, pro utroque gabellario fundamentis, concludit, & resoluit in fauorem gabellarij exi- stentis tempore contractus, contra gabellarium tempore redemptionis census: Et cum hac resolu- tione Auendann. interin transit Lassat. dist. cap. 10. n. 55. nempe ex eo contractu gabellam de- beri ex redemptione prædict. census, ex qua illius iuris venditio fieri videtur eo pretio: licet adhuc n. 70. aliter sentiat, nempe nullam venditio- nem hic interuenire, sed nudum pactum de præ- stando censum redimibilem rei traditione velli- tum, neque ex redemptione, aut redimendi pacto contractum venditionis resultare: Sed & opi- nionem Auend. latissime vidi comprobam ex suprad. & aliis fundamentis a quodam Iur- isconsulto grauissimo huius Regni in suis scri- ptis priuatis in tractat. de gabellis ad eo compo- sito non impresso, nulla mentione facta Auend- anni.

Quinimo si ad opinionem D. Couar. lib. 3. l. 2. varia. resol. cap. 1. n. 6. versic. quinta ratio, attenda- mus, in hac datione fundi in censum redimibilem iuxta speciem propositam, duo contractus sub vni- us nomine contingunt emptionis, & venditionis: primus ipsius fundi pro pretio, & pecunia, per quam census redimi debet, & potest: aliter census constituitur, iuxta ipsius pretij quantitatem ad rationem vnius pro quatuordecim cum pacto redimendi, atque hic vltimus a priori distingui- tur, cum in eo sit ille venditor, qui in priori no- men emptionis habet. Censet enim Episcopus ibidem n. 6. versic. 3. quod in hac specie contra- ctus statim fuit pretium solutum ipso die con- tractus, cum loco pretij fuerit constitutus an- nuus redditus: fingitur enim vno actu pretium so- lutum fuisse venditori, eundemque venditorem id pretium delisse emptori pro annuo reddito redi- mibili: argumento l. certi conditio. §. si numas, & §. vltim. cum l. sequenti, & l. singularia, ff. si cert. peta. Quæ si vera essent, indicant satis in nostra principali quaestione, non vnam tantum deberi gabellam ex præd. contractu census reservatiui, sed imo duplicem, prima à dante fundum sub annua pensioe, altera à recipiente, propter se- cundam venditionem, hoc est census. Quid tenendum?

Profecto præxis in ploribus istius Regni locis iam diu obseruata habet, ut vnica gabella tantum ex præd. contractu debeatur, quasi vnica tan- tum venditio contrahatur à venditore fundi so- luenda, non vero ab illo, qui fundum sic recipit, ceterum

caerum illa gabella non soluitur eo tempore quo res in censum datur, nec illius tempore gabellatio, ut alius censet. Atend. sed eo potius tempore, quo census redimitur, illique gabellario, qui illius etiam temporis gabellas conduxerit: à qua quidem praxi iure non est recedendum, ut vltimque refert, & probat Lassart. d. capit. 10. n. 5. cum sequitur. præcipue n. 57. vbi quod ita se habet communis praxis diu obseruata, & ab ea non esse recedendum: & iterum n. 66. quem sequitur D. Molin. Theolog. vbi supra, column. 835. in vers. idem Lassart. vbi quod hæc consuetudo non tanquam legitima legum interpres cum eodem Lassarte est amplectenda, sed tanquam ipsissima rei veritas, ut statim in vers. sequenti eam late iure probat. Eandem sententiam sequitur, & probat late Girond. de gabell. 5. part. §. unico. n. 2. cum sequentibus. vbi dicit, esse receptam in praxi, & nunquam de hoc in ea se dubitatione vidisse: quia in hoc contractu non interuenit pretium, sed tantum rei traditio facta à vero domino in emphyteotam quo non soluitur pensionem ultra triennium, res incidit in commissum, & reuertitur ad dominum directum, l. 2. C. de tur. emphyteot. capit. potuit, cum materia de locat. secundum Atendann. respons. 1. 2. n. 5. Et cum non interueniat pretium, non dicitur emtio, nec venditio, text. in prin. & in §. pretium in sit. de emtion. & vendition. l. 2. ff. de contrahen. emtion. Anton. Gomez in 2. tom. var. resolut. c. 2. n. 1. l. 1. tit. 5. part. 5. vbi Greg. Lopez in gloss. l. 1. g. eod. tit. Ergo cum non fiat statim emtio, non debetur statim gabella: sed tunc demum cum census annuus, vel pensio redimitur gabellario illius temporis, quia tunc re vera venditio fundi celebratur. Eandem etiam opinionem sequitur Azeued. in dicit. l. 1. n. 103. cum seqq. tit. 17. hoc lib. 9. & nouissime Galpar. Roderic. de annuis reddit. 2. quest. 22. num. 28. cum seqq.

15 Non enim contractus hic est conditionalis, ut censet Lassart. dicit. cap. 10. n. 63. & ideo cessat difficultas illa retroactionis ad tempus contractus, sed in eo referatur venditionis vis in tempore redemptionis emphyteotis: & ita consulte apponuntur in iustitiam huius contractus verba illa: T cada, y quando que diertes, y pagardes el principal del censo, a razon de tantos mil maravedis el millar, y osea obligado a lo recibir y orogaras eferisura de redemion, y venta real en forma, ut bene considerauit Girond.

Confirmatur etiam hæc sententia & praxis ex decisione notabili, l. cum mansata in fine, ff. de contrahen. emtion. ibi: nemo potest videri rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emtorē transferat. Ex quo inferitur in casu illius tex. gabellam non deberi, ut probauit Lassart. de decim. verid. c. 2. n. final. & quod de contractu non translatio domini gabella non debeatur, sed de translatio tantum, probat Firmia. de gabell. 8. part. 3. membro, num. 67. ad fin. Idem in laudimia Peguera de frud. in sua repetition. n. 98. fol. 33. intellige, quando ex natura contractus vel pacto contrahentium non transferatur dominium: scilicet si alias valeat venditio, licet non transferatur dominium, transferatur tamen vltimacipiendi conditio, ut contingit in venditione, rei alienæ iuxta ea, quæ resoluimus supra q. 15. num. 2. cum seqq. Ergo et in hoc, de quo agimus, contractus expressè agatur, quod dominium directum fundi in annum censum redimibilem dati, remaneat penes concedentem, vtile vero transferatur in recipientem, pretio non

videtur, sed sub annuo censu, vel pensione redimibili conceditur pro fructibus eiusdem fundi, quibus recipiens seui debet, & vis venditionis confertur in tempore redemptionis: non igitur debetur gabella, quousque redemptio fiat, quia tunc verum est, venditionem pretio fieri, non vero tempore concessionis fundi in emphyteosim, quia tunc nullum pretium interuenit. Et licet redemptionis pactum tunc adsit, non tamen ea redemptio statim fit, sed tempore quo recipiens voluerit soluere pretium census, vel pensionis redimibilis: quousque ergo illud non soluat, venditio fundi non fit: quod si nunquam redimatur, nunquam erit venditio. Pensio autem, vel census interim soluendus pro fructibus, vel redditu d. fundi solui debet, non vero est pretium fundi: Et quod in casu d. l. cum mansata, §. ff. de contrahen. emtion. non fit proprie venditio, & non soluitur gabella ex eo contractu, stante statuto, quod de quolibet contractu soluitur gabella, tenet Alex. in addition. ad Bart. in corpore lectura eiusdem Bart. in l. Sancimus, la primera in fin. C. de consulis. libro. 12. Et cum his remanet satis factum fundamentis contrariis supra adductis, modo ablit frasu contra gabellam, & que frasu in dubio non præsumitur nisi probe- 18 tur: ea tamen probata, debetur gabella, ita Gasp. Rodrig. vbi supra, n. 31.

Neque verum est, quod dixit Couar. supra 19 citatus, nempe in nostra specie duos contractus sub vnius nomine contineri, sed contingere emtionis, & venditionis: primum ipsius fundi pro pretio, & pecunia per quam census redimi debet, & potest: alterum census constituti, iuxta ipsius pretij quantitatem ad rationem vnius pro 14. cum pacto redimendi, &c. Si quidem vnus contractus tantum vti iusque rei simul vno contextu, & orationis spiritu in præmissa specie celebratur, ut late probat Lassart. dicit. capit. 10. n. 48. & 49. vbi aduersus Couatru. probat esse verissimum, nullam venditionem contrahi in præd. casu de quo agimus, nec fundi dati neque census constituti: Est enim ea conuentio pactum quoddam rei traditione vestitum, ad quod præscriptis verbis actio datur, iuxta l. fin. C. de rerum permutat. ex quo gabella non debetur, ut probat ipse Lassart. dicit. capit. 10. n. 36. & 52. cum sequentibus. Ergo nullo modo duplex gabella deberi potest ex eo, sed vnica tantum, & hæc cum redemptio census facta fuerit, & gabellatio eius temporis non vero existenti tempore contractus, ut resoluimus cum præcitatibus actoribus.

Præterquam (Secundum Lassart. vbi supra n. 20 47. & Galpar. Rodrig. vbi supra. n. 30.) quando partes ita expresse contraxerunt, ut primum fundi venditionem facerent certo pretio statim, ac deinde ex pretio illo censum constituerent, siue in eadem scriptura, siue in diuersis, eo quod vete aperteque eo casu partes voluerint duos contractus efficere, tunc namque recte, & procul dubio sententia Couar. procedet, ac proinde duplex gabella debetur, nempe ab vtroque venditore, & probat late Molin. Theolog. in 2. tom. de iust. & iure. disp. 382. column. 833. in vers. primus est: vbi in hac specie tria obseruat, quæ apud ipsam sunt videnda, non enim oportuna sunt rei de qua agimus, nisi primum nempe, quod in hac vltima specie census non est referuatus, sed conuiguitus, ut ibi declarat. Item videtur dici vni per Galpar. Roderic. vbi supra n. 30. si fundum datur æstimatum, & pro æstimatione redditus redimibilis imponitur ad rationem quatuordecim, nam æstima- 21 tio

matio in dubio facit emptionem, iuxta l. quoties vni materia. C. de iur. dor.

Superioritate hunc versic. præterquam dicta, procedunt, quando fundus conceditur sub annua pensione redimibili. Secus est, si concedatur ad censum perpetuum nullo tempore redimibilem, tunc enim nulla ex eo contractu vnquam gabella debetur nostro iure, nisi forte postea vere, & realiter ex mutuo partium consensu census ille data pecunia redimatur, quia tunc vera venditio erit, gabellaque debetur, ut constat: & in terminis tenet Lassart. dicit. capit. 10. n. 56. vbi num. 75. quod si postea rem illam domino census reddam, nulla gabella debetur, sequitur vtrumque Azeued. in l. 1. num. 107. tit. 17. hoc lib. 9. Molin. Theolog. vbi supra, col. 837. in vers. ex dictis.

33 Similiter gabella debetur, quando ius emphyteoticum venditur, siue proprietario ipsi, siue cuiuscunque alteri, quoniam id est vera venditio, non vero contractus emphyteoticus, ex quo gabella non debetur, vt per Lassart. de decim. vendit. cap. 1. n. 42. & recte aduersus Mench. secundum D. Molin. Theolog. de iust. & iur. 2. tom. disp. 459. col. 1318. in vers. quoad ius emphyteoticum.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex fundo dato pro pecunia, & sub annuo redditu? & numero seq. resoluatur num. 4. cum seq.
- 2 Contractus duo oriuntur ex vno eodemque facto, quando sunt incompatibiles: alius scilicet.
- 3 Vna eademque res non debet diuerso iure censeri, nisi diuersis respectibus, vt hic.
- 4 Emptio, & venditio pura perfecta est fundi, quoties pro eo datur pecunia, & annuus redditus, & statim gabella pecunia solum debetur, & postea ex redemptione annui redditus, vt in n. 6.
- 5 Permutatio est, quoties fundus datur pro alia re que non esset pretium, & pro annua pensione, atque ideo ex eo contractu duplex gabella debetur, vt hic.

Q V A E S T I O. L I X.

An debeatur gabella ex fundo dato pro pecunia, & sub annuo redditu?

Quæro modo opportune citæ præmissa, si fundus ita datur, vt præsentis aliqua pecunia, vel in tempore soluat, & in super annuus aliquis redditus præsetur, vt fingit Antonius Gomez in l. 68. Taur. numer. 2. versiculi. quidam est censuarius: an ex hoc contractu aliqua statim gabella debeatur?

Et quidem in hac quaestione videtur resoluendum, vt inspicitur, quod præualet, & principalis est, & inde iudicatur contractus, vt in simili supra resoluimus quaestione 30. num. 8. Itaque in nostra quaestione, si annuus census, sub quo concessus fuit fundus, præualeat pecunia, que pro pretio eiusdem fundi, etiam datur, iudicatur contractus emphyteoticus, & ex eo gabella non soluitur: si vero pecunia præualeat censui, erit venditio, ex eaque gabella debetur, vt deducitur ex Iobanne

Fabro in §. adeo n. 12. instituta de locat. in versiculo. quid dices, & Tiraquello de retractu lignag. §. 33. gloss. 1. n. 1. Sed quando pecunia data pro fundo, simul cum annuo reddito esset notabilis, & sic præualeret censui, ex ea tantum pecunia videtur soluenda gabella, non vero ex censu: separati enim tunc videntur hi contractus. Quia licet Bart. in l. 2. in principio, n. 2. ff. si certum petatur, dicat, ex vno eodemque facto non dari duas species contractus hoc verum est, secundum Paul. de Castro, & Alex. ibi, quando sunt incompatibiles, alias secus & notat additio Bart. vbi supra n. 1. & est communis secundum Curt. ibi n. 4.

Non etiam obest, quod vna eademque res non debet diuerso iure censeri, vt in l. cum qui ades cum sim. ff. de vscapion. quia hoc non procedit, vbi- 3 cunque diuersa ratio datur, & militat in vna parte, quam in alia, vt in l. miles, §. pro parte, ff. de legat. 2. Abb. in ca. cum ius in fin. de decim. sicut videmus, quod vna eademque res diuersis respectibus potest etiam diuerso iure censeri, vt supra diximus alia quaestione.

Nihilominus tamen profecta huius quaestiones resolutione duo sunt hic obseruanda. Primum, 4 vere eo casu perfectam, puramque fundi venditionem contrahi a principio, est enim pecuniarium pretium, iuxta l. naturalis, §. & si quidem, ff. de præscrip. verbis, quamuis si solum pactum de præstando reddito interuenisset, emptio, & venditio non foret: ex dictis in quaestione præcedent. & argument. text. in l. tenetur, §. 1. ff. de action. empti, vbi si pecunia interueniat simul cum pacto, venditio est: quod si solum pactum sit, venditio non contrahitur, atque ita, qui prædict. modo rem in censum dat, eam vendere ait lat. in l. prima, numero 48. C. de iure emphyteut. & est planissimum, & indubitabile, ita vt à principio, & statim, ac res in censum datur gabella debetur non minus, quam si simpliciter sola pecunia venderetur, secundum Lassart. de decim. vendition. capit. 10. numero 73. vbi num. 74. ibi, sit ergo: loquitur idem probans, quando fundus valens quingentis aureis venditur pro centum statim in pecunia numerata soluendis: & in super eo actio, vt censum viginti & octo aureorum mihi præstares cum redimendi facultate: tunc mihi quatuorcentis cum volueris. Statim namque ex tempore conuentionis soluenda est decima centum aureorum duntaxat, quibus totum illius venditionis pretium consistit, quia cum res eo censu onerata venierit, non plus valuit. Ceterum si emptor postea censum redimerit, datus quatuorcentis aureis, quoque ex illis debebo eo tempore, quasi his etiam fundum meum videri vendidisse: sequitur Molin. Theolog. dicit. 2. tomo de iusticia, & iure, disp. 382. column. 832. in versiculo, quando vbi addit.

Quod si et permutatio admisceretur, vt quia 5 traderetur prædium pro alia re, que non esset pretium, & pro annua pensione, tunc ex valore rei, que simul cum annua pensione, daretur pro prædico debetur vna gabella, & alia gabella ex valore prædij, quatenus præcise responderet, non quidem pensionis, sed rei illi, que vnquam cum pensione daretur.

Secundo, et obseruandum erit in illa eadem specie, gabellam soluendam esse, ex sola pecunia conuenta, non etiam ex æstimatione pacti de censu in annum soluendo, vt dicebamus, quia illa solum pecunia pretium est in ea venditione: 6 pactum

pañum vero de præstando redditum non est pars pretij, nec illud auget, sed potius est onus quoddam reale, quod rem ipsam venditam diminiuit: At postea censu redempto ex illo pretio à fundi domino gabella debetur, ut recte probauit Lassar. di. l. capit. 10. numer. 74. Et hæc vitima gabella debetur gabellario existenti tempore redemptionis census, ut resoluimus in questione precedenti, nisi hic propter adiectionem pretij in pecunia numerata statim solvendi, iunctis aliis coniecturis, fraus præsumeretur contra gabellam: tunc namque tempore contractus celebrati totius contractus gabella debetur, de qua re latius agemus infra alia questione.

SVM M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex cessione rei emptæ, vel alias acquisita eodem pretio facta? & n. l. c. q. q.
- 2 Venditio ex nominatione pretij potius indicabitur in dubio quam locatio.
- 3 Cessio rei emta in alterum facta, quis contractus sit iudicandus? n. 1. & 2.
- 4 Gabella, vel quintum patrono fendi an debeatur ex cessione alteri facta cum declaratione, quod pro illo emerat, & de eius mandato, cum tamen simpliciter prius emisset, vel nomine proprio? & numeris sequentibus distinguuntur plures casus, eademque distinctio in gabella seruatur, ut in num. 8.
- 5 Gabella non debetur ex cessione, quando est exsequitio, siue exercitium prioris contractus: secus alias, ut hic.
- 6 Gabella non debetur ex cessione, aut venditione iurium.
- 7 Gabella an debeatur ex cessione in iudicio facta in causis exsequitio: per licitatore in fauorem actoris, qui exsequitorem petiit?

QVÆSTIO LX.

An ex cessione rei emptæ, vel alias acquisita eodem pretio facta, debeatur gabella?

1 Gabellam non deberi in hac questione ex prædicta cessione videtur probari, ac deduci ex l. 1. & 2. tit. 17. hoc libr. 9. noue collect. Reg. siquidem tantum decidunt ex venditione, & permutatione gabellam deberi, non vero ex cessione.

Nihilominus tamen pro huius questionis cognitione cenfeo, cessionem esse regulandam iuxta eius causam: tot enim sunt causæ cessionis, quot alienationis, secundum Speculat. in tit. de cession. action. §. 1. in fine. Ideoque si cessio pretio facta fuerit, dicitur facta causa venditionis, l. fin. C. de prædict. Deur. lib. 10. ac proinde ex ea debetur gabella, per dict. l. 1. etiam in dubio, an sit contractus emptionis vel locationis,

2 t quia ex nominatione pretij indicabitur potius venditio, quam locatio, iuxta glossam, verbo intelligi, & Ioan. de Platea in dict. l. fin. Cum enim sit mentio pretij, cessio est venditio Paul. Castrenf. conf. 9. visio puncto glossa in l. Celsum §. si cum legitima, verb. pretio accepto, ff. de dol. except. Negatiuus de pignor. par. 5. membro 1. n. 24. est communis sententia, ut patet ex Gironda de gabella l. 1. par. num. 14.

Quod si cessio facta fuerit speciei pro altera specie, erit permutatio, duplexque gabella ex ea debetur iuxta dispositionem d. l. 2. 1.

Quod tamen si cessio non ex causa venditionis, nec permutationis fiat, sed gratuito, erit donatio, vel simplex cessio, ex qua gabella non debetur: idem erit dicendum ex cessione ex aliis causis facta non sapientibus, nec efficientibus venditionem, aut permutationem.

Hæc tamen cum nulla mentio tertij, cui cessio fit, facta fuerit in prima acquisitione, vel etiam in ipsa cessione recte procedunt, & obseruanda erunt.

Sed quid erit dicendum obsecro, cum Titius emit fundum simpliciter, vel nomine suo, deinde illud tradidit, & cessio Caio recepto eodem pretio, declarando tamen, quod emerat ex mandato Caij, & ad eius commodum, & visitationem, & quod est tradidit agnoscendo bonam fidem ex causa mandati, an ex hac cessione debeatur gabella, sicut ex prima venditione?

Hanc questionem in similibus terminis, nempe in quinto debito patrono fendi decidit Carol. Molin. in consuetudin. Parisiensibus tit. 1. §. 23. quest. 5. num. 2. 1. & omnia dispositione resoluit, quod ex quo constat bis interuenisse pretij numerationem, & translationem de persona in personam, patronus habet fundatam suam intentionem in duplici venditione, & sic potest exigere duo quinta, vel ex vltima venditione retrahere: Neque obstat protestatio, seu declaratio Titij: tunc quia facta est ex intervallo post ius semel quantum ex prima venditione, & à persona suspecta, & subsistente materia fraudis, aut simulationis pretextu agnitionis bonæ & debite fidei: tum quia sit vera, & libera venditio.

Itam tamen conclusionem dupliciter limitat Carolus Molineus vbi supra. Primo, si per instrumentum authenticum, vel alias per legitimam probationem appareat de precedenti mandato Titij ad emendum dictum feudum pro Caio, vel nomine Caij, quia tunc quamuis Titius emerit de sua propria pecunia, deinde restituit Caio tantam pecuniam reddenti, tamen in effectu non est nisi vnica venditio, nec restitutio rei, quam Titius fecit Caio, est venditio, sed liberatio debite fidei, siue impementum, & satisfactio suscepti mandati, & sic non debetur quintum pretij, nisi semel.

Secundo tamen limitat precedentem conclusionem Carol. Molin. quando à principio Titius emerit nomine Caij quia tunc, quamuis de pecunia propria, & non aliter appareat de precedenti mandato, constat tamen, quod non est nisi vnica venditio, & quod restitutio sequens non est mutatio fendi, sed restitutio rei vero suo domino.

Quod tamen si Titius emit nomine proprio, vel simpliciter, & postea declarat, se emisse nomine Caij, & de eius pecunia, & neque appareat de aliqua secunda numeratione pretij, nec etiam de precedenti mandato, ex hac restitutio, & declaratione non habebit Patronus intentionem fundatam in aliquo, nisi sint alie coniecturæ fraudis, vel potius simulatio: Si enim in continenti, seu ex modico intervallo, & re alias integra, fiat huiusmodi declaratio, non præsumitur in huiusmodi declaratione aliqua simulatio, sed potius primam venditionem nomine accomodatam esse factam, siueque Patronum debere contentari vnico quinto, nisi aliud probare ipse velit: quod facere poterit, tam ex qualitate personarum,

personarum, quam ceteris circumstantiis facti, si que prudentis iudicij arbitrio satisficiant. Si vero Titius aliquot annis possedit nomine proprio, tanquam dominus, & forte tanquam vasallus fuerit inuestitus, tunc ista, aut familia satis erunt ad precludendam dictam declarationem simulatam in fraudem iurium patroni, etiam alio non probato: non tamen præsumitur secunda venditio ex quo non constat de aliquo pretio, vel mobilibus loco pretij datis, vel remissis, sed erit donatio, vel aliud mutationis genus, & sic vltra quintum pretij dictæ venditionis debetur releuium pro mutatione postea sequuta, hæc tenet Carolus Molin. vbi supra.

8 Erat tamen igitur idem resoluendum in nostra questione de gabella, quod in illa Carolus Molineus de quinto, ut in quibus casibus hoc deberi resoluunt Molineus ex cessione, in eisdem gabella quoque ex ea cessione debetur, & contra, ut in terminis gabellæ ex supra dictis tenet, & probat Lassart de decima venditionis, cap. 13. numer. 13. cum sequentibus. Nec vim facio, quo ad debitum gabellæ, quod pretium bis numeraretur in prædicta specie: sufficit enim, quod cessio fiat eodem pretio, quo prima venditio celebrata fuit, siue bis numeratum fuerit, siue semel tantum, vt pote, quia nondum primum erat solutum, sed habita fides de eo, quando cessio facta fuit, dummodo cessio facta sit pretio eo casu, quo ex ea deberi gabellam probauimus.

9 In summa, quando cessio est exsequitio, siue exercitium prioris contractus venditionis, ut quando procurator cedit domino, non debetur ex hac cessione gabella, (obseruatis tamen circa hoc, quæ ex Carolo Molineo modo præmissimus: ) Si vero cessio non oritur ex priori contractu, sed de per se stat, & pretio sit, siue eodem, siue diuerso, nota gabella ex tali cessione debetur, vt ex Baldo, & Salicet. numer. 2. in l. cum per eos, C. si quis alteri vel sibi & Angel. Petrol. in l. Modestinus, numer. 2. ff. de solut. probat Tiraquel. de viroque retrat. tit. 1. §. 1. glossa 12. num. 14. & glossa, Peregrinus in parte vltima glossa 1. quest. 1. Passador. lib. 1. verum quod idem numer. cap. 3. §. 2. numer. 27. Lassart de decim. vendition. cap. 13. num. 6. Gironda de gabell. 9. parte in principio, numer. 16. tamen ex cessione aut venditione iurium gabella non debetur, vt tenet Azeued. in l. 5. numero 8. tit. 17. hoc libr. 9.

10 Quod tamen si in substatione iudiciali ex causa exequitionis licitatoris res addita fuerit, isque cedat statim omne ius suum creditori, qui eum supponerat, iuxta praxim quotidianam, eo onere, & pacto, vt pretium à se debitum rei domino propter emptionem cessionarius ipse soluat, vel in partem debiti sibi compenset, & computet, alteram gabellam ex ea cessione debet hic cedens præter eam, quæ ex prima venditione iudiciali debita est, nisi in licitatione adiecerit, dare se pro bonis exsequitionis subiectis tantam pecuniam cum cessionis beneficio, hoc est, Con beneficio de transpaso, vel nisi cessio prædicta, simpliciter fiat actionis sibi competentis, absque vilo onere, quia venditio sine pretio non contrahitur, ita Lassart. d. cap. 13. num. 19. cum duobus sequentibus.

11 Ego vero semper in praxi obseruatum vidi, nullam in hoc casu gabellam deberi, nec solui, ex prædicta cessione per licitatore huiusmodi in substatione iudiciali ex causa exequitionis, cui bona exsequuta fuerunt iudiciali decreto addicta incontinenti facta: ea forsam ratione, quia hæc cessio

semper fieri simpliciter consuevit, nullo onere adiecto, neque ad hoc, vt gabella non debeatur, opus est, vt in licitatione excipiat beneficium cessionis, cum si alias gabella deberetur, hæc exceptio, aut pactum inter contrahentes adiectum tertio obesse non posset, sicut, vel gabellario, non magis, quam si in venditione, vel permutatione adhiberetur, quod ex eo contractu non soluat gabella: quod si alicubi ea exceptio beneficii cessionis in licitatione deducatur, in aliis quam plurimis partibus, quorum sum memor, id non exprimitur, nec opus est, vt exprimat: sed quia incontinenti fit cessio, ideo praxis obtinuit, vt ex ea cessione gabella non debeatur.

SVM M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur, de la carta de lasto, que se da al que paga la deuda por otro resoluidor proculdubio negatiuus.
- 2 Omnis actio talis esse iudicatur, qualis est res ad quam competit.
- 3 Gabella non debetur ex moneta in aliam monetam redacta, quamuis eo modo vera permutatio, & venditio contrahatur.
- 4 Gabella debetur ex cessione iurium, quando si de iussor, vel correus solidum soluit in alia re, quam pecunia debita.
- 5 Gabella an debeatur cum pecunia constituitur quis procurator in rem propriam, vel actio aliqua venditur.
- 6 Venditor hereditatis iam delata tenetur soluere gabellam, præterquam de re immuni ab eius solutione in hereditate repta.
- 7 Gabella non debetur in specie l. si factus retis, ff. de actio. empr. nullis capitis pñcipibus.
- 8 Gabella non debetur ex venditione nudi iuris, reique incorporatis, & n. 9.
- 9 Gabella non debetur ex venditione iurium urbanorum, vel rusticorum prædiorum.
- 10 Gabellam non debent soluere sumi venditores, proxi sunt, qui futurum seuentum alius denuntiant pro pecunia.
- 11 Gabella non debetur ex permutatione horarum ad aquam ducendum.

QVÆSTIO LXI.

Si de la carta de lasto para cobrar de los deudadores, o de los demas fiadores, se deua alcuala?

Quæro etiam in proposito, an ex cessione facta à per creditorem fideiussori, vel vni ex reis debentis in solidum obligatis, à quo, vel quibus debitum in solidum exegit contra ceteros fideiussores, vel correos debentis, & sic, de la carta de lasto, quam vulgo vocant Hispani, debeatur gabella, necne? Et profecto illam deberi, mouet, quod per hanc cessionem venditio quodammodo celebratur l. cum i. ff. de fideiussor. Ergo gabella ex ea debetur, iuxta l. 1. tit. 17. hoc libr. 9.

Nihilominus tamen proculdubio cenfeo gabellam minime deberi ex hac cessione, quia creditor hic cedens vere non est venditor, cum pretium pro hac cessione non recipiat, sed tantum suum debitum ante cessionem contractum ab ipsomet debitore in solidum obligato: Itaque est solutio debiti, atque distractus non vero contractus.

aus: Denique, quamvis respectu fideiussoris solidum soluentis sit venditio: hæc tamen improprie, & ficto modo talis dici potest, ut constat ex verbo illo dicta leg. cum in quodammodo: At in materia ficticia, & odiosa, prout est nostra gabellata, & extensio fieri non debet de casu vero, & directo ac proprio, ad fictum improprium, & indirectum, secundum Alexandrin. in l. tertio, §. hac verba per text. l. ff. de negotiis gesti. præcipue cessante fraude, ut resoluitur supra alia questione. Solutio enim fideiussor, ut à sua obligatione exeat, & liberetur, cuius indemnitati lex succurrere volens, hanc fictam, & impropriam venditionem induxit ex prædicta cessione, ut prædicta cessio fieri posset, percipiens, quod alias, si esset simplex solutio, actio, & debitum remaneret extincta: & sic nihil esset, quod cedi posset, aut à confidens debitorum reperi, cum eorum negotium solvendo debitum non fecerit, sed debitoris principis, & proprium, iuxta glossam in lege ex facto verbo, qua actione, & ibi Paul. de Cast. de negotiis gesti.

Quæ sententia principalis alia deinde, & potissima ratione confirmari potest, etiam si vera venditio contrahatur ex prædicta cessione: Eam nimirum, quod omnis actio talis esse iudicatur, qualis est res, ad quam competit, l. si ad res solvendam, Cod. de præditiis. & ipsius rei debite naturam, & qualitatem assumit, leg. prima, ubi glossa, & Doctores notant, C. si adversus transfacti, & late ex auctoritate quam plurimum, comprobatur Tiraquellus de retrahatu lignagior, §. 1. glossa 7. numero 1. cum sequentibus. Cum ergo actio hæc cessa sit pecunie numerate, eius naturam sequi debet, que est, ut ex pecunia non debeat gabella, ut in leg. 34. ibi: Ni de la moneda amonedada, titulo 18. hoc libro 9. ubi statuitur, quod ex moneta in aliam monetam redacta, veluti cum pecunia glossa pro minuta datur, aut è contra gabella non debeat, quamvis eo modo vera permutatio contrahatur, ut docet Covarruvias libro 3. variarum resolution. capite 7. numer. 2. in versicul. non oberunt huic, & deputat Pinellus in rubric. C. de rescindend. venditione, 1. parte, capit. 3. numer. 15. Et veram quoque pecunie venditionem fieri posse recte existimat Nanarr. in capite final. de usur. numero 20. Pro quo facit bonus tex. in l. lege Cornelia. versic. eadem lex. ff. ad l. Cornelia. de falsi. sequitur Lassart. de decim. versic. dit. cap. 19. numero 33. ubi à num. 32. nostram sententiam supradictam principalem in hac questione. probat, & tenet in præprijis terminis per suprad. dicens, ita quotidiano usu perpetuaque praxi receptum esse, ut ex huiusmodi actionum cessione Regalis decima non exigatur, nec vnquam videtur, aut audiuit exactam fuisse. Item probat Doctor Molin. Theolog. in 2. tomo de iustitia, & iure, disputatione 544. column. 1883. in principio. alio nempe fundamento, scilicet, quia illud non est proprie emptio, aut permutatio, sed vera solutio, tamen ad effectum, ut transmittantur actiones, quasi emptio earum reputetur, neque consuetudine sit receptum, aut vnquam auditum, ut ex huiusmodi solutionibus, & transmissio actionum gabella solvatur, quod & ipse affirmo, quod sciam.

4. Ceterum quod si in specie nostræ questionis fideiussor, vel correat solidum soluerit in alia re, quam pecunia debita, proculdubio ex hac datione insolutum gabella debebitur, iuxta late supra resoluta alios questionibus.

Quibus si, ut si quis data pecunia, procurator in rem suam constituitur, vel ei actio aliqua vendatur, ita demum ex pretio dato vectigal solvendum erit, si ad pecuniam non competit ea actio, quæ venditur, ut contingit in specie, l. per diversas, C. mandata, & l. ab Anastasio. C. eodem titulo. Etenim eo casu licet vera venditio contrahatur, ut in dictis iuribus, & in l. si nomen, & in l. emptio nominis, l. nomina, l. nullum interet cum simil. ff. de hered. vel act. vendit. gabella non debebitur ex privilegio dicti l. 34. tit. 18. hoc libro 9. Alias secus, veluti ex venditione actionis ad equum: vel ad aliam rem, quia tunc gabella debebitur, ut ex prædict. patet, & probat in terminis Lassart. dict. capit. 9. numer. 34. cum sequentibus, præcipue numer. 35. ubi, quod sic est declarandum, quod indistincte dixit Parlador. rerum quotidianarum capit. 3. §. 2. numer. 27. quod si quis data pecunia procurator in rem suam constituitur, vel actio aliqua vendatur ex pretio dato, vectigal debeat: est enim distinguendum in hoc casu, ut distinximus modo.

Idem quod probandum venit in aliis actionibus competentibus ad res privilegatas, atque immunes à solutione gabellarum, de quibus rebus privilegiatis agit titulo 18. hoc libro 9. Ex cessione namque actionum ad has res privilegatas non debetur gabella, ut bene docet Lassart. d. c. 9. n. 37.

Similiter etiam, venditor hereditatis iam delatae pro pretio, licet teneatur gabellam solvere iuxta distinctionem factam ab eodem Lassart. capit. 2. n. 18. & cap. 4. numer. 39. nihilominus ex re privilegiata, & immuni à solutione gabellæ reperta in hereditate vendita, vel actione ad eam competente non debetur gabella, ita ut pro qua parte pretium venditionis prædict. rei hereditarie privilegiata, vel actionis ad eam competente correspondet, gabella non debeat, secundum Lassart. d. c. 9. n. 39.

Deducitur præterea ex supra resolutis, quod in 7 casu si actum reus, ff. de action. empt. si nullis rebus nulla piscatio fiat, licet adhuc vera venditio maneat, quia non piscium, aut animum venditio, sed aleæ, & spei celebrata fuit, ut probat aperte text. in l. ludo emptio, in fin. ff. de contrahent. empt. Bart. in l. coram, §. qui maximos, numer. 4. ff. de publican. & vectigal. attamen cum inspecto euentu, & effectu venditionis, negari non possit, quin & ipsi piscis, & ales, quæ capre postea fuerint, venditæ intelligantur, ita per contrarium nullis captis, nulla gabella quoque debebitur, quia venditio hæc in sola, & nuda spe & intellectuali, incorporalique iure, & fortuna consistit, l. 1. titulo 5. part. 5. Unde succedit communis praxis, que habet, ut ex nuditate rei que incorporalis venditione gabella non debeat, ut affirmat Lassart. d. capit. 9. numer. 40. ubi numer. 41. idem etiam antiquo usu receptum vidimus, ait: ut non nisi ex reali, & corporali venditione regalis decima, hoc est alcaual debeat, saltem cum ius venditionem nullam rem corporalem secum trahit, veluti in iuribus vrbano- rum, & rusticorum prædiorum observate licet, ex quorum venditione, quamvis quidem ea vera, & perfecta sit, ut probatur in l. cum mansu- sarat, versic. huius rei ff. de contrahent. emptio, nullam- que videmus gabellam deberi, eo quod iura incorporalia sunt, §. vnic. in fin. instit. de rebus corporal. & incorporal. quia nullam rem corporalem secum trahunt, quæ vendi videtur ferret, & sequitur Azeved. in l. 4. n. 9. tit. 17. hoc libro 9. quæ etiam præ- cis exemplificari potest in sumi venditoribus, de quibus

quibus loquitur text. in litem apud Labeonem §. idem ait, ff. de iur. prov. iure, qui futurum sententia euentum alius denuntiant pro pecunia, ut exemplificat Menoch. de arbit. iudic. casu. 344. ex hoc namque Regalis decima non debetur, quia inanis quedam, & imaginaria venditio est, non vero realis.

11. Similiter etiam idem dicendum venit in casu, l. cum constet. §. 1. ff. de aqua quodam. & actiua, ubi inter eos, qui certis horis aquam ducebant, tempore permutatio facta est, ut scilicet, ea ex permuta- tione, quæ quotidie potest contingere, gabella non debeat, ut utrumque probat Lassart. d. cap. 9. numer. 42.

SUMMARI A.

- 1. Gabella an debeat ex cessione conductio- nis gabellarum, vel aliorum reddituum? & numeris sequentibus.
2. Gabella debetur ex cessione facta pretio, & an ex toto pretio simul cum lucro gabella debeat? n. 4.
3. Cessionarius pretio non agit contra cedentem propter sterilitatem, nec alios casus, ex quibus mercedis remissio peti potest, sed adversus dominum fundi, si iusque locatorum.
4. Vectigalia Regia, & ea, quæ iuxta leges quaterni gabellarum fuerint locata, non possunt in alterum cedi, sine licentia de los Contadores, o Administradores, o señores de las rentas despues de rematadas, y no antes.
5. Gabella an debeat ex cessione conductio- nis, solo promissa retento absque alio commo?
6. Gabella non debetur ex cessione legitima, vel hereditatis gratis facta: secus alias, ut hic.

QVÆSTIO LXII.

An ex cessione conductio- nis gabellarum, vel aliorum reddituum debeat gabella?

- 1. Vero præterea: An conductor gabellarum, vel aliorum reddituum ex cessione huius conductio- nis debeat gabellam? Respondemus, ipsam non deberi, si cessio facta sit ex causa noue conductio- nis, vel sublocationis, prout fieri potest regulariter, ut in l. nemo prohibetur cum simili. C. locat. vel si cessio gratuito fieret, cum gabella, iuxta nostras leges Regias, non debeat, nisi ex venditionibus, & permutacionibus, lib. 1. & 2. tit. 17. hoc libro 9. non vero ex locationibus, nec ex gratuitis concessionibus, ut in aliis questionibus prædiximus.
2. Ceterum si quæ cessio pretio facta fuerit, debebitur gabella, veluti, si ego cedere alij meam conductio- nem certo pretio, mihi præstando ultra mercedem conductio- nis, modo venditio nominetur, modo non: sufficit enim, quod cessio pretio fiat, ut in l. fin. C. de prædict. cum al. lib. 10. quod ideo.
3. que cessionarius hic propter sterilitatem, vel alios casus, ex quibus iure mercedis remissio peti potest, non agit ad id, adversus sibi pretio cedentem, quia non est locator; sed venditor iuris sui, iuxta l. cum hereditate, ff. de hered. vel actio- vendit. sed adversus dominum fundi, eiusdem- que locatorem, quod casu venius videtur ex toto pretio simul cum lucro deberi gabellam.

liquidem venditionem ob lacrum contrahi resoluimus: tamen non desit, qui ex lucro tantum mihi proneniente ex cessione gabellam deberi censet benigno quodam iure: Ego vero, si gabella debeat (prout debet dixi) ex toto pretio simul cum lucro, eam de iuris rigore deberi censeo.

Observandum quod tamen erit, quod Regia vecti- galia, & ea, quæ iuxta ll. quaterni gabellarum fuerint locata, non possunt in alterum cedi in totum, nec pro parte, sine licentia de los Contadores, o Administradores, o señores de las rentas, y esto despues de rematadas, y no antes in leg. 51. del quaderno de las alcavalas: hodie l. 7. & 8. tit. 8. hoc lib. 9.

Sed si cedens hic ex pacto in cessione adiecto solum referuare sibi promissum, hoc est, El prometido que auia ganado en la venta, y non ganasse en ella por la cession, mas de qua darsse solamente con el prometido, y no con otra cosa: licet dubium esse possit, an ex huiusmodi cessione gabellam solvere teneatur, & plura adduci possunt pro gabellatio, nempe hoc promissum esse partem pretij, ac proinde cessionem pretio victi factam, quod sufficit, ut gabella ex pretio debeat ex cessione, iuxta à nobis modo resoluta: nihilominus in contrariam sententiam procliuor sum, nempe, ut ex huiusmodi cessione: de qua modo agimus gabella non debeat, quia promissum non est res locata, neque de substantia contractus, quamvis causam concedendi præster sicut ara, quæ datur in venditionibus, est quid diuersum ab eis, quamvis ad eas efficiendas præstetur, contractus, C. de fide instrumentorum: Hinc est, ut in supra alia questione resoluimus: promissum non esse computandum in pretio venditionis, ad hoc, ut ex eo gabella solvatur: Ergo ita, & eodem modo promissum considerari pro pretio non debet, ad hoc, ut ex huiusmodi cessione cum referuacione promissi facta debeat gabella.

Ex quod superioribus iam deducitur, ex cessione, vel renuntiatione legitime, vel hereditatis grati facta non deberi gabellam, cum huiusmodi renuntiatione gratis facta sapiat donationem, secundum Paulum Parisien. cons. 96. n. 58. volumin. 3. de donatione gabella non debetur. Secus si prædict. renuntiatio, vel cessio pretio facta fuisset: tunc namque venditio dicitur, & de tali pretio gabella debebitur, ita in terminis tenet Gironda de gabell. part. 11. num. 26. cum seqq. hoc tamen verum procul dubio est de cessione pretio facta donatione, vel de ea renuntiatione, quæ non est simplex, sed quæ cessionem iuris in se continet: tunc vero de renuntiatione simpliciter pretio facta, per quam nullum ius ceditur.

SUMMARI A.

- 1. Gabella an debeat ex resustatione, repudiatione, vel renuntiatione pretio facta absque cessione alius iuris? & numeris sequentibus: ubi ponitur differentia inter resustantem, siue renuntiantem simpliciter, & cedentem ampliatum, num. 5. & 8.
2. Cedens non repudiat, sed potius pro herede gerit, hoc est, adire hereditatem siue illa cessione, & cessio fiat expresse, siue tacite, & idem est in testante de hereditate sibi relicta.
3. Cedens, donans, vendens, vel vendere mandans videtur adire.

Gabella delicta ex contractu non debetur, si divisiones hereditatis fiant per viam refutationis, quia refutatio non est contractus, sed distractus: secus si pretio fiat, quia tunc erit contractus, ut in n. 7.

QVÆSTIO LXII.

An ex refutatione, repudiatione, vel renuntiatione pretio facta absque cessione alicuius iuris debeatur gabella?

- 1 Gabellam deberi in hac specie tenet Girond. de gabell. l. 1. p. n. 27. iuxta ea, quæ de cessione dixerat 9. p. in princ. num. 16. Ego vero contrarium procul dubio probo ea potissimum ratione, 2 quod mea refutatio, vel repudiatio non transfert vllum dominium, nec ius rei refutatur; renuntiatæ, vel repudiatæ simpliciter: sed solum operatur, ut refutans, repudians, vel renuntians eam petere non possit, & quod medio sublato per refutationem, repudiationem, vel renuntiationem huiusmodi, res illa in alium succedat, vel alteri accretat: non vero operatur, quod ego sim auctor iuris alteri acquisiti, nec hic succedit in ea re iure à me transmissio, si que refutans, repudians, vel renuntians nihil transfert: cedens autem transfert ius suum in alium. Et hæc est vera, & realis differentia inter refutantem, repudiantem, & renuntiantem ex vna parte, & cedentem ex altera: illi enim nullum ius transferunt: hic vero ius suum cedit, atque in alium transfert. Quare merito, ut pretio cedens tanquam venditor gabellam debeat iuxta resolutionem à nobis supra traditam quæst. 60. repudians vero, aut refutans, siue simpliciter renuntians minime. Non enim de ejectione tenetur, sed tantum de facto proprio, ut non contradicat repudiationi, refutationi, vel simplici renuntiationi à se factæ, ut dicitur in transactione l. si pro fundo, C. de transact. & in l. sine apud act., & ibi Bald. colum. in eodem titulo: Hanc differentiam inter abstentionem, simplicem renuntiationem, vel repudiationem, & cessionem constituit Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 9. gloss. 4. numer. 4. & 7. vbi d. numer. 4. inquit, quod cedens non repudiat, sed potius pro hærede gerit, hoc est, adit hereditatem, siue illa cessio, & gestio fiat expresse, siue tacite: quod ultra eum probatur ex text. in l. similia, C. de iur. delib. vbi ipso de hereditate sibi relicta testatur, eo ipso eam adire videtur secund. Bald. ibidem. 4 Idem est, si cedit, donat, vendit, vel vendere mandat secund. Maran. in l. 15. potest num. 50. 54. & 55. ff. de acqu. hered. Aymon. Crænet. consil. 200. num. 1. & 2. late Pelæz de maiorat. l. p. quæst. 36. per totum, & Simon de Prat. ultim. volunt. lib. 4. dubio 3. num. 55. fol. 464. Addit præterea Carol. Molin. d. num. 4. quod etiam si pro repudiatione tantum detur, quantum valet portio repudiata nihilominus nullum ius transfertur in dantem, dummodo semper sit mera abstentio, vel renuntiatio: Secus si cessio fiat. 6 Hinc sequitur Bald. in l. tres fratres, numer. 3. ff. de part. quod vbi debetur gabella de omni contractu ipsa non debetur, si divisiones hereditatum fiant per viam refutationis, quæ quidem refutatio, siue renuntiatio non est contractus, ut ipsemet Bald. 7 allerit in rubi. C. de part. num. 2. in fin. sed potius

distractus Bart. in l. 3. §. contrarium, num. 2. in 2. lectura ff. de contrar. iudic. tutel. Sed hæc doctrina Bart. tunc procedit, quando repudiatio, vel refutatio fieret sine pretio, vel pacto: secus si pretio fiat, tunc enim erit contractus secund. Bald. in d. §. contrarium, innominatus quidem facio vt des, ex quo iuxta nostras l. gabellaram, gabella non debetur: hodie autem de divisione inter hæredes bonorum defuncti facta non debetur gabella, iuxta l. 3. in 2. p. tit. 18. hoc lib. 9. de cuius intellectu infra agemus alia quæst. Contraria opinio Girond. vbi supra procedit, ut ex eius mente patet, in cessione pretio facta, vel etiam in renuntiatione non simplici, quæ cessionem iuris in se continet: secus vero in renuntiatione simplici, in qua nulla cessio in fauorem alterius fit, sed stat in terminis repudiationis, & abstentionis, seu refutationis: ex hac namque nulla gabella debetur, quamvis pretio fiat, vel aliqua species pro ea detur, iuxta supra dicta.

SVMARIA.

- 1 Gabella non debetur ex donatione gratuita, nisi in fraudem gabellæ fiat ut in n. 4. 2 Donatio non est proprie contractus, sed improprie. 3 Gabella non debetur ex donatione omnium bonorum ea lege facta, ut donatarius donatorem alere teneatur. 4 Gabella debetur ex donatione, quando in ea interuenit pretium.

QVÆSTIO LXIV.

An ex donatione debeatur gabella?

Quæro: An ex donatione gratuita, & nullo iure cogente facta, debeatur gabella? Et quidem non deberi planum est, quia donatio non est proprie contractus, sed improprie, gloss. & communiter DD. in l. contractus, C. de fide iur. unde merito, quod lex loquens de contractu ad donationem non extendatur, ut eum communi late probat D. Molin. lib. 4. de Hispan. primog. c. 2. num. 61. & in terminis ita tenet Bald. & Salic. in d. l. contractus, n. 1. & Bertach. de gabell. in 8. p. membro 3. n. 21. & 22. vol. 1. tract. diuers. Doct. in antiquis fol. mibi 35. col. 3. quæ opinio in his Regnis proculdubio est tenenda ex duobus. Primo, quia l. 1. §. 2. tit. 17. hoc lib. 9. tantum iubent solui gabellam ex contractu emptionis, & venditionis, atque ex permutatione. Sed donatio non est huiusmodi: Ergo ex ea non debetur gabella. Secundo, per l. expressam in l. 1. §. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ibi: Donaciones, o otros contratos de que no se deve alcuala: quicquid contractum velit Tiraquell. ad l. connubial. gloss. 5. num. 52. plures allegans, quem ad hoc citat, sed non sequitur Girond. de gabell. l. 1. p. num. 10. cum seqq. & latius datas communes opiniones contrarias referens Menchac. contrones. var. v. in freq. c. 11. num. 17. cum seq. sed attenda d. l. 1. nihil est dubitandum secund. Azen. in l. 2. n. 22. tit. 17. hoc lib. 9.

Quinimo si quis omnia bona sua alteri donat, ea lege, ut donatarius eum alere teneatur, non debetur gabella ex huiusmodi donatione, ut probauit Parlad. lib. 1. ver. quæst. c. 3. §. 2. in fin. in fin. contra Castell. & opinionem Parlad. Requirit Lassar. de decim. vendit. c. 10. a num. 33. & Girond. de

num. 49

de gabell. l. 1. p. n. 11. & 12. diximus supra alia quaestione.

- 4 Limitatur tamen suprad. principalis opinio, quæ habet, ut ex donatione gratuita non debeat gabella, ut non procedat, quando de fraude contractum constaret, nempe, quia simulent, vel fingant vnum pro altero contractum, nempe, ut contractus venditionis sonet donationem, vel minus pretium, quam recipientes, assignantes, vel alias, ut gabellam euenire: hic est casus expressus in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. quæ præcipitur iudicibus: Que cada, y quando que el arrendador, o fiel cogedor les pidieren que bagan pesquisa sobre esto, sean obligados a hazerlo, y si hallaren que algunas personas simulaaamente hacen que los contratos de ventas suenen donaciones, o otros contratos de que no se deve alcuala, o ponen menos precio de aquello que reciben, hazen otros fraudes para encubrir la dicha alcuala los des baga, y bagan acudir al arrendador, o receptor con todo lo que mostrare el alcuala, auido respeto al verdadero precio que interuino, y mas el quatro tanto de la dicha alcuala: lo mismo se prueua en el cap. 2. de los nuevos apuntamientos de las alcualas. Et quod quando in donatione interuenit pretium venditio, & non donatio censetur, ac proinde gabella debetur, præterquam quod lege illa Regia hoc deciditur, probat, stante simile statuto, alios allegans Firmia. de gabella 8. par. 3. membro, numer. 11. versicul. sexto quæro, volu. 11. tractat. diuers. Doct. Mantius folio mibi 35. column. 1. Girond. plura adducens de gabell. vbi supra, n. 17.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex contractu venditionis, in quo pretij donatio fit? & numeris sequentibus, vbi late distinguitur.

QVÆSTIO LXV.

An ex contractu venditionis, in quo pretij donatio fit, debeatur gabella?

Quæro etiam circa præmissa, quid erit dicendum, si in contractu venditionis expresse donatio fiat pure, & liberaliter pretij venditoris emtori, an nihilominus debeatur gabella pretij. Respondi, contractum hunc non esse venditionis, & ita ex eo non debetur gabella, sed pretium operabitur æstimationem rei venditæ, non vero venditionem l. si quis donationis, & l. cum in venditione, ff. de contrab. em. & l. si tibi habitacionem, ff. de donat. licet enim verba contractus sonare videantur venditionem rei, & donationem pretij: intentio tamen, & mens præcipua partium, quæ inspicenda est, fuit donandi, ut patet ex fine, nempe, quod incontinenti vltimo donauerit venditor: vbi enim duo propter vnum, vt utrobique est vnum iuxta doctrinam Baldi in l. cum dotem, numero 4. in versic. item quia isti duo, C. de iur. dot. Accedat, quod incontinenti potuerunt à venditione discedere, vel eam in donationem transferre sine metu gabellæ soluendæ, ut diximus supra

- 2 Quod si donatio pretij fiat ex intervallo, debetur quidem ex pretio venditionis gabella, quia venditio fuit ex se consummata separatum, quæ ex post facto non mutatur, nec alteratur

donatione pretij ex intervallo facta, argumento l. si tibi, ff. locat. Et in terminis retractus ita distinguunt, & intelligunt materiam hanc Carol. Molin. in consuet. Parisien. tit. 1. §. 3. gloss. 5. in 1. 3. g. n. 55. & Tiraquell. de retroque retract. tit. 1. §. 1. gloss. 1. 4. num. 123. præ eademque ratione idem dicendum venit in nostra materia gabellarum.

Quod si in eodem instrumento, vel paulo post, is, qui emit, etiam donat: (vbi gratia) Titius emit fundum centum aureis, donat alios centos aureos venditori propter merita, soluenda erit gabella, si considerata fundi venditi vera æstimatione, ea æquiualeat summæ donatæ: alias secus, quia tunc (id est, quod valor fundi conuenit vtrique pretio tam venditionis, quam donationis (summæ) donationis appellatio in fraudem gabellæ videtur apposta, nisi emptor probaret ea merita interuenisse, quæ huiusmodi donationem mererentur: quod si quantitas donata non conueniat veræ æstimationi fundi empti, tunc gabella respectu donationis non soluetur, argumento glossæ notabilis in l. 1. §. 1. verb. agendo, & ibi Bart. ff. de superficiebus, & Bald. in l. ex conuentione, C. de pact. cum similibus, ita resoluit in similib. terminis (nempe laudemij) ex venditione fundi venditi debiti Tiraquell. de retroque retract. tit. 1. §. 1. gloss. 18. numer. 19. Quare idem merito in nostris terminis gabellæ probamus.

Verum circa supradictum primum membrum distinctioris est obseruandum ex eodem Carol. Molin. vbi supra statim citando, id procedere, quando constat, seu verisimiliter apparet, donatorem pretij non habuisse animum vendendi rem illam, ita quod pretium non sit appositum causa venditionis, sed causa donationis, forte æstimationis, ut in dist. l. cum in venditione, ut præmissimus, tunc nullo modo est venditio, nec donatio pretij, sed solum donatio rei: secus si conlter, non habuisse animum donandi rem, sed eius pretium, rem autem vendere voluit: tunc enim manet venditio rei, quamvis in continenti pretium donationis causa remiserit, quia non cadit donatio nisi super pretio, idque frequenter viu venire potest ad fraudandam gabellam debitam ex venditione, quare diligenter indices supra hoc se habeant ad inquirendam veritatem, fraudesque detegendas, atque poniendas.

Quod si facta rei venditione pro certo pretio, donatio partis pretij fieret, etiam si hoc totum in continenti in eodem contractu fiat, gabella de toto pretio deberetur, ut in similibus terminis feudi venditur respectu quinti debiti, tenet & probat bene declarans idem Carol. Mol. vbi sup. §. 23. n. 50. Quare merito, & idem venit dicendum respectu gabellæ, quæ est decima pars pretij ex l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex donatione remuneratoriæ, & numeris sequentibus, resoluatur negatiue cum distinctione de qua n. 4. cum sequentibus, vbi que ad n. 7. inclusiue, & n. 11. 2 Remunerator non dicitur donare, sed debitum beneficium exsoluere, & compensare. 3 L. sed & si lege, §. consuluisti, ff. de petit. hered. intellectus. 4 Gabella donationis remuneratoriæ in casibus in quibus iure debetur, intelligitur, cum donatio acceptata fuerit per donatarium, & gabellario illius temporis, non vero existenti ante acceptationem.

